Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

intius per contemplationem
Missi ante dominum sunt· quia quo
cumque uenerunt· intra ipsum
currunt· quia ubique est· Et e
rat plebs expectans zacha
riam· et mirabantur· quod
tardaret ipse in templo· Egres
sus autem non poterat loqui
ad illos· Et cognouerunt quod
uisionem uidisset in templo·
et ipse erat innuens eis· et
permansit mutus· Et factum est
ut impleti sunt dies offi
cii eius· abiit in domum su
am· Muto zacharie sim
ilis est populus iudeorum· actu
um suorum impotens red
dere rationem· Pontifices au
tem uicis sue tempore con
tinentiam seruantes· imple
to templi officio ad domum·
uxores que suas necessario
redibant· quia tunc sacerdo
talis successio ex stirpe a
aron querebatur· Nunc
autem quia sacerdotibus non car
nalis successio· sed spiritualis
inquiritur perfectio· ut sp

castitas obseruanda preci
pitur· Post hos autem dies
concepit elizabet uxor eius
post dies uidelicet officii za
charie completos· Gesta sunt
inquit hec iohannes crisostomus·
mense septembri· viii· kalendas·
octobris· luna xi· quando cele
bratur ieiunium scenophe
gie in equinoctio· quando incipit
dies minui· quia ille con
cipiebatur qui dixit· Me o
portet minui· illum autem
crescere· Minorata enim fue
rat a tenebris cum secundum le
gem deo sacrificia offerren
tur· que iam cessare oporte
bat· cum baptista conciperetur·
Et ideo pater eius sacerdos
iudeorum emutuit· quia
iam cessare oportebat sacri
ficia sacerdotalia· uenien
te sacerdote· qui pro peccatis
omnium se offerret· In die
ieiuniorum conceptio iude
orum predicatur: quia per
ipsum afflictio penitentie
erat predicanda· Et occul